



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wilhelmvs Abb. 5. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

incendia opponeret; feminas denique, vel se feminâ auctore, fugeret. His monitis velut lacte virtus VDALRICI crevit ridens iridentium coarvorum turbam, qui cum ludibrio, sed sine mendacio, Sanctum jam tum clamabant, Sed graviora testimonia jam Pontifici cælum dedit, id quo manus delapsa sacrificare cum VDALRICI manu est visa. Fluvium nunc in perforatâ navî, nunc sine illâ fecus trajecit. Contra Barbaros Augustam Vindelicorum obsidentes Ortoni Imp. præsentia suâ nobilem victoriam peperit: VIRGINIS Augustanæ bona adversus rapaces manus tutatus commilites Carites habuit, qui variis pœnis in prædones pugnarunt. Multis aliis miraculis illustris, falsus tamen est pœnas se Numini debere, quod successorem sibi nepotem (ceterâ dignum) legisset. Proinde non nepotes, sed pauperes fecit heredes, in quos moriens oriam supellectilem sparxit. Sed nimirum sic vasa colligunt Pontifices in cælum migraturi. *Ex vitâ.*

Quid tibi necesse est, in eâ versari domo, in quâ necesse habes quotidie aut perire aut vincere? Quis juxta viperam securos somnos traxit? qua etsi non percutiat, certè sollicitat. Securius est, perire non posse, quàm juxta periculum non perisse. S. Hier. Ep. 47.

S. WILHELMVS ABB. 5. Julij.

Bojarix hic WILHELMVS deberur, ex qua oriundus Monachum Ratisbonæ induit. Hic omnibus omnino artibus excultus. Mathesia cæmen præ cæteris coluit, quod multa atq; præclara monumenta ipsius loquuntur literis consignata. Eloquentiæ tantæ erat, ut sanctiorem Orpheum diceres.

diceres, qui saxa etiam traheret. Præsul Hirsau-
 gienſis in miſeros tam pius fuit, ut his veſtiendis
 non ſemel panẽ ſcipſum nudavit. Sed nimirum
 ſœnus à nullis majus, quàm ab his ipſis, qui redde-
 re nihil poſſunt, avarus ſperet. Hoc certè WIL-
 HELMVS tunc tulit, cùm in ſuorum uſus pondo ar-
 genti V. ab ignotâ terris, ſed non etiam cælo manu
 abſtulit. Quid jam horrea memorem, quæ, quòd
 WILHELMI liberalitas exhauiſſet, ſubitam mi-
 ramque meſſem; quid cellam, quæ effuſo per ne-
 gligentiam vino, novam in dolio vindemiam vi-
 derunt; quid piſcatum feliciffimum? cùm miſſum
 ſapitũs in aquas rete præter laborem inanem diu
 nihil, poſt imperio Divi Chriſti que nomine im-
 miſſum ingentem piſcium prædam retulit. Taceo
 hæc aliaque à morte miracula; & revocatam per
 WILHELMVM ad primas leges D. Benedic̃ti per
 omnem ferè Galliam & Germaniam familiam, &
 ad Religioſæ vitæ amorem viliffimæque in hæc
 munia excitos nobiliſſimos juvenes laudo, piſca-
 tum priori longè præferendum. Cæterùm aſtra
 ſua WILHELMVS propioribus oculis aſpexit an-
 no Chriſtiano M.XCI. *Ex Trithemio.*

*Elemoſynam, quantum poſſumus. & quamdiu vi-
 vimus. & ipſi habere, & alius inpendere feſtinemus,
 ut ſecuri poſſimus in die Iudicii dicere: Da Domi-
 ne, quia dedimus; nos fecimus quod juiſiſti, in im-
 ple quod promiſiſti. B. Cæſar. hom. 15.*

S. GOAR CONF. 6. Iulij.

Vitæ meritiffimo inter Apoſtolos ſuos GOAREM
 numerant Treverenſes, ut quibus ille ſuperſti-
 tione implicitis inter primos DEVM nuntiavit.
 Sed dum illum æquis auribus vel maximè audit
 popu-